58

1516.

# Sigismundus I. Rex Poloniæ, Capitulo Varmiensi.

Venerabiles etc.

Fecit nos certiores Venerabilis olim etc Collector Jubilei nobis regnoque et Dominijs nostris a Sede apostolica concessi, quod ipsum Jubileum suscipere in bonis vestris recusaveritis, tanquam Ditioni nostræ non subjectis. De qua re sumus plurimum mirati, non libenterquè id vidimus, quod vos erga sedem Apostolicam et nos ita exhibuistis quamquam vos ponere deberetis diffinitores inter nos de Terris Prussiæ. Quare postulamus à vobis ne tales significationes animi erga nos deinceps faciatis, Jubileumque suscipere non recusetis. Alioquin oportet nos hanc rem Summo Pontifici declarare. Nosquè erga vos et bona nostra aliter gerere, quam hactenus fecimus, et in posterum facere vellemus. D